

P R A E F A T I O.

dem Virtute & efficacia: de Perspicuitate: de iure Laicorum, utrum à Scriptura sacra lectione arcendi: de Perfectione contra traditiones humanas, &c. Quarum omnium rerum, quae magnitudo sit, & quàm patens amplitudo, promptum est omnibus iudicare. Et tot quidem Capita seu Loci Theologici explicandi fuerunt in Libro primo.

Secundus Liber, qui Angelorum considerationem habet, Tribus præcipuè Locis absolvitur. Primum enim dicendum aliquid fuit de Angelicis spiritibus in genere: postea cum non omnes principatum suum servaverint, nec in veritate, in qua creati erant, perstiterint, peculiariter fuit agendum, tum de illis, qui in concreatano-bilitate permanserunt, tum de illis, qui inde ad extremam malitiam desciverunt; hoc est, de Bonis & Malis Angelis, seu Diabolis. Unde Locorum Secundi Libri Trinitas efflorescit.

Tertius verò Liber, is demum propter materiae copiam & amplitudinem, plurimos Locos nobis parit: quia enim Homini tributus est; & ille non uno in Statu